



371

369

375

365

380

360

420

320

470

270

#### Domus sanctae foeminae Veronicae.

Deinde progressi in descensu venimus ad locum Veronicae, quae dicitur fuisse mulier illa sanguine fluens XII annis, et ad tactum fimbriae vestimenti occultum fuit curata, quam Dominus filiam vocavit, fidem ejus plurimum commendans, ut habetur Matth. 9. Hanc quidam dicunt fuisse Martham. Sed Eusebius Lib. VII. Eccles. Histor. dicit, eam Veronicam fuisse, quae curata a Domino sequebatur eum, et erat matrona sanctitate et pudicitia insignis. Haec audiens tumultum populi praetereuntis domum ejus cum crucifigendis, exilivit de domo et cum lamento occurrit Domino Jesu cruce gravato, vidensque vultum ejus sputo et sanguine repletum, sudarium extraxit, et faciem salvatoris tersit; mansit autem figura faciei in sudario, ac si fuisset ei impicta, quod mulier illa penes se retinuit, et miram consolationem in eo habuit,

Ende

Anfang